UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 124. Conventus Bituricensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66426

Visual Library

Sæcul. XV.
A.C. 1440.

§. CXXIV.

Conventus Bituricenſis.

Sub idem tempus Delegati ultro citroque ad Bituricenſem conventum advolabant, in qua Carolus VII. Galliarum Rex ſuper Eccleſiæ ſchiſmate unacum Prælatis, ac Proceribus ſuis deliberabat.

Acta Patricii tom. 13. conc. p. 1586.

§. CXXV.

Oratores ab Eugenio ſimul & a Baſileenſibus Bituricum ablegati.

Ad hunc conventum Baſileenſes decernebant Joannem de Segovia, qui Synodi partes tueretur: Eugenius vero Cardinalem Turrecrematam Oratorem eo ablegabat. Excipiebantur in variis Seſſionibus utriusque partis rationes, ac præprimis Eugenii Papæ Orator Galliarum Regem rogare jubebatur. I. *Ut reprobaret Conventum Baſileenſem ab eo tempore, quo translatus fuerat Ferrariam, & approbaret Ferrarienſe Concilium.* II. *Ut nullo modo depoſitioni Papæ Eugenii conſentiret*, ſed electionem Ducis Sabaudiæ per Baſileenſe *Concilium factam rejiceret.* III. *Ne ad Principum Germaniæ comitia Moguntiæ celebranda, inconſulto Pontifice, ſuos mitteret.* Eugenius hæc a Rege